Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-725558-p0001-8

71
Bel 81

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-725558-p0002-3

78

SENEM
SECVLI CIRCA REM DEI IN PRIMIS SENESCENTIS
SCIPIONEM

QVVM

VIR SVMME VENERABILIS MAGNIFICVS
EXCELLENTISSIMVS

DOMINVS
GEORG. FRIDERICVS SCHROEERVS

S. S. THEOL. D. HVIVSQVE IN ALMA
VITTEB. P. P. O. CELEBERRIMVS ALVMN. REGIO-
ELECT. EPHORVS MERITISSIMVS
THEOLOGVS INFINITIS IN ECCLESIAM MERITIS GRAVIS
DIVINAE MAIORVMQVE VERITATIS VINDEX
IAMQVE COMMVNIS HVNGARIAE PRAECEPTOR

CONSVLATVS ACADEMICI SCIPIONEM

PLVSQVAM EBVRNEVM
DEPONTANO AMPLIVS DECADE MAIOR
A. MDCCXXXII. XV. CAL. NOV.
RVRSVS ITERVMQVE CAPESSERET

DOCTORI SVO PIETATEM
PATRONO OBSERVANTIAM
SENI RELIGIONEM
ET IAM
RECTORI ACADEMIAE MAGNIFICO OBSEQVIVM
SVBMISSE TESTATVRVS

HIS PLAVSIBVS

ADSTRVCTVM IBAT

INCLVTI NOMINIS SCHROEERIANI

CVLTOR AETATEM DEVOTISSIMVS

IOHANNES BLASIVS
PANNONIVS
S. S. THEOL. CVLT.

Bibl. Hung. quae Vitemb. ext.
Samuel Cservanszky 174

VITEMBERGAE
LITTERIS IOHANNIS CHRISTIANI GERDESII.

GLABRESCIT, CREBRO VIA SI TERITVR PEDE,

PROCLINANT VIRES, DVM ACCLIVE SENII SVPERCILIVM PETITVR:

TANTAE MOLIS EST, CLIVVM CONSCENDISSE,

CERVICEM SI REFERRE CLINATAM NOLIS.

AETAS

VARIVM EX SE ADMITTENS NIHIL,

IPSA SECVM VIX CONSENTIENS, AETATEM VARIAT,

AC INSVPER HABITIS, QVAS INDEPTA SEMEL, VIRIBVS,

DVM TERITVR, TERITVR,

SIBI DVM SVFFICIT, DEFICIT,

ET CRIMEN RATA SVLCO DIVTINO LACERARI,

NEC TAMEN GRAVES SENIO PRAETVLISSE RVGAS,

SENIVM AMBIENS, INFELIX SENIVM CONTRAHIT.

HINC

SVI OBLIVISCI, LABASCERE, VARA VIBIAM SEQVI,

NISI SCIPIO SVBVENIAT MALE PEDATAE SENEX.

SCILICET,

EFFVSA IN OMNEM LICENTIAM AETATE,

SVO SIMVL SOLVITVR ALVEO

SENVM DISCIPLINA,

NEC, QVID VELIS SENEX LICERE, SED QVID SENI LICET VELLE

SENII LICENTIAM PVTANS,

GRAVEM SENIO AETATEM,

INDVLGENTIA AD LICENTIAM ABVSAM,

VAGARI DVM NON VETAT, EVAGARI PROHIBET:

DVMQVE VAGA HAEC, ET TANTO DISCVRSV GRAVIS,

OMNEM NVTANTIS OBSERVAT ILLA NVTVM,

ET NVTVI OBSEQVVTA, NVTVM CAVET, VT PROHIBEAT LAPSVM.

SED SENIOR NVLLIBI, QVAM CIRCA REM SACRAM, AETAS,

QVOS AD PRAESCRIPTVM DIVINVM COMPONI DECVIT,

PROSCRIBERE, QVID DEVS, QVID IPSI VELINT, PRAESCRIBERE SIBI, IVBET,

RELIGIONEM RATA,

EMANCIPATIS, QVIBVS ACVTAE NARES, PLEBEM RELIGARI.

TVNC, VELVT IN PARTIS MAIORVM LABORE BONIS, LVDENS,

AD HVMANAS REVOCAT CVNCTA INDVCIAS,

DE QVIBVS DIVINO STANTE BELLO PACISCI PIACVLVM.

IAM PEREGRINI QVIQVE IN FAMILIAM ADMITTI,

ET QVIBVS DIVERSI PARENTES, FRATRES AMARI;

MVTILA ET HIANTIA PRO ARIS PROFERRI,

TANTVM INHIARI FOCIS,

DISPLICERI DEO, VT PLACEAS MVNDO:

ADEO INFELIX HABET ANIMOS MOLLITVDO,

VT ABIECTVM VIDEATVR, IN EADEM CVM ECCLESIA FORTVNA HAESISSE.

IAM NOVA INDVCI SACRISFACIES,

SENTENTIAE DIVINAE IN QVADRVM REDACTAE SEMEL, SPERNI,

PISCATORIA TANTVM IN SCENAM PRODVCI SIMPLICITAS,

VT DELVDATVR APOSTOLICA:

A PROBITATE CONTRA VERITATEM STARI,

VT VAPVLET PROBITAS,

AMARI NONDVM PLACATVS, VT EXSVLET FIDES,

SVBLIMIA, TVMVLOSA ET NESCIA SINAE IVGA PETI,

QVIA REGIVM AD IVSTITIAM ITERHVMILE VIDETVR:

VENALIA CREDERES DEI DONA,

ADEO,

DVM PER CHRISTVM GRATIS VENIT CVM IVSTITIA SANCTITAS, HIC EMITVR.

SENEX,

MELIORIS SECVLI RELIQVIAE,

LIBERTATEM NON PEROSVS, SED LVBIDINEM,

LIBERTATEM QVID VELIS DVM INFICIATVR,

RECTE, SI VELIS, SENTIENDI DE DEO LIBERTATEM FACIT:

HVMANVM TAMDIV ARBITRIVM SVSPENDENDVM RATVS,

QVAMDIV A DIVINO PENDERE DATVM EST:

NEC PATISCENS ADEO ESSE CAELVM,

QVOD SVVM, DIVERSO CVIVSVIS PALATO, PALATVM METIATVR.

RELIGIOSVS, SED LIBER,

SERVITVTEM PVTAT, NON SERVIRE DEO:

QVIPPE DEO RELIGARI SPIRITVS LIBERTAS EST,

RELIGARI NATVRAE, SIBI TANTVM DOCTAE, SERVITVS.

PACE OLIM LAETA OMNIA,

QVIA MEDIA PACE COGITABATVR DE BELLO,

NVNC, QVIA CONSILIA PACIS ORA STRVVNT, ANIMI CVNICVLOS,

PELLACES VOCES, VT SERPENTIVM ADLAPSVS TIMENS,

PROVIDVS DVM METVIT PACEM, NE BELLVM METVAT, PROVIDET:

QVI EXERCITIIS DVRATI, ARMA DEPONANT NVMQVAM.

TVNC PERTINAX,

AD SVI CONSORTIVM ADMITTIT NEMINEM,

QVI AMICITIAE DIVINAE EXSORS,

VIRTVTIS AMANS, IPSE VITII ACCVSARI AMAT,

QVIA NON OMNIBVS AEQVE, SOLI PLACERE STVDET DEO.

SED ET VENTORVM MINAS RESPVIT,

LICET SECVNDIS VELA DANDO, DECLINARE QVEAT ADVERSOS;

IMPIETATIS PER CALVMNIAM DOCTOR

QVIA NVMQVAM AD SVPERSTITIONEM PROBVS

IN NATVRAM INIVRIVM SE RATVS SI OFFICIA MATRIS ET FILIAE MISCVERIT,

PIETATEM VRGET, POSTQVAM VRSIT FIDEM,

DE SE NIHIL, TANTVM DE CHRISTO POLLICERI MVLTVM,

HVIVS AMICIRI IVSTITIA, QVOD ALITER NVDVS,

AB HOC AMARI, VT ANIMETVR EXANIMVS,

ANIMARI, VT IAM ANIMATVS, AMET, AMANS,

LEGEM IMPLET, DVM IMPLERE NON POTEST,

ET IMPERANTI OBSEQVITVR LEGI, DVM IMPERANTI EVANGELIO PARET.

SI FELIX SENIVM, CVI HOC SENE NITI DATVM PEDE,

QVANTO FELICIOR IVVENTA,

CVIVS TV SVMMVM CAPVT

SVMME VENERABILIS SENEX:

NON QVOD SVSTENTARI MALIS, QVAM SVSTENTARE,

SED VT SVSTINERES MAGIS, DVM SVSTENTARIS.

TV AEVI SVSTENTARE SENIVM,

TVO, LVDVM AETATI DATVM, PERMVTARE LVDO,

TV DECREPITAM INTERRVPTO SEQVI PEDE,

DVM FATO FVNCTVRI ALII, SENIS LABVNTVR SVB PONDERE;

ADEO,

NON SVSTENTARE TANTVM, SED SVSTENTANDO NON LABI, TVVM EST.

TV VIM REI SACRAE FACIENTI, EADEM OBNITI VI,

NE VETVSTESCANT, QVAE NOVA, QVAE VETERRIMA, NE NOVENTVR, CAVERE,

VT INEPTVM NON SIT,

EODEM SENIVM PEDARI SENIO, ET SVPPLODI.

ERGO,

QVI SVSTENTANDO SENI DVRASTI CERVICES SECVLO,

NVNC FATISCERE NESCIIS ACADEMIAE GVBERNACVLA SVSTINE!

POSTHABET ROMANOS SVB SCIPIONIBVS FASCES

VITTEBERGA,

QVAE TANTO SCIPIONE GAVISA, OMNIA CVM HOC SE HABERE, GAVDET.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-725558-p0006-5

Ung VI 4

(x 2743293)

ULB Halle 3
006 310 079

uo 17
40 18

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-725558-p0007-1

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-725558-p0008-6

78

SENEM
SECVLI CIRCA REM DEI IN PRIMIS SENESCENTIS

SCIPIONEM

QVVM

VIR SVMME VENERABILIS MAGNIFICVS EXCELLENTISSIMVS

DOMINVS

GEORG. FRIDERICVS SCHROEERVS

S. S. THEOL. D. HVIVSQVE IN ALMA VITTEB. P. P. O. CELEBERRIMVS ALVMN. REGIO-ELECT. EPHORVS MERITISSIMVS

THEOLOGVS INFINITIS IN ECCLESIAM MERITIS GRAVIS DIVINAE MAIORVMQVE VERITATIS VINDEX IAMQVE COMMVNIS HVNGARIAE PRAECEPTOR

CONSVLATVS ACADEMICI SCIPIONEM

PLVSQVAM EBVRNEVM

DEPONTANO AMPLIVS DECADE MAIOR

A. MDCCXXXII. XV. CAL. NOV.

RVRSVS ITERVMQVE CAPESSERET

DOCTORI SVO PIETATEM

PATRONO OBSERVANTIAM

SENI RELIGIONEM

ET IAM

RECTORI ACADEMIAE MAGNIFICO OBSEQVIVM

SVBMISSE TESTATVRVS

HIS PLAVSIBVS

ADSTRVCTVM IBAT

INCLVTI NOMINIS SCHROEERIANI

CVLTOR AETATEM DEVOTISSIMVS

IOHANNES BLASIVS

PANNONIVS

S. S. THEOL. CVLT.

Bibl. Hung. quae Vitemb. ext. Samuel Czernanszky 174

VITEMBERGÆ

LITTERIS IOHANNIS CHRISTIANI GERDESII.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-725558-p0009-6